

TEXTO – 17**CÉSAR FORTIFICA SU POSICIÓN Y SE ACERCA A AFRANIO**

Caesar, cognita locorum natura, ponti castrisque praesidio sex cohortes relinquit atque omnia impedimenta et postero die omnibus copiis ad Ilerdam proficiscitur et sub castris Afranii consistit.

- **Afranius, -i** (m.) = *Afranio* (legado de Pompeyo) - **Ilerda, -ae** (f.) = *Lérida*

TEXTO – 18**CÉSAR PASA EL RÍO ÁRAR SIGUIENDO A LOS HELVECIOS**

Hoc proelio facto, ut reliquas copias Helvetiorum consequi posset, pontem in Arare facere iubet, atque ita exercitum traducit. Helvetii, repentino eius adventu commoti, legatos ad eum mittunt.

- **Arar, -is** (m.) = *el Árar* (río de la Galia)

TEXTO – 19**CÉSAR TOMA MEDIDAS PARA ENFRENTARSE AL ENEMIGO.**

Postquam id animadvertit, copias suas Caesar in proximum collem subducit equitatumque, qui sustineret hostium impetum, misit. Ipse interim in colle medio triplicem aciem instruxit legionum quattuor veteranarum.

TEXTO – 20**CÉSAR, TRAS RECIBIR UNA CARTA, ENVÍA UN MENSAJE A CRASO.**

Caesar, acceptis litteris hora circiter undecima diei, statim nuntium ad Crassum quaestorem mittit, cuius hiberna aberant ab eo milia passuum XXV; iubet media nocte legionem proficisci.

- **Crassus, -i** (m.) = *Craso* (nombre propio de uno de los cuestores de César)

TEXTO – 21**AMBIORIGE SE ENCAMINA HACIA EL TERRITORIO DE LOS ADUÁTUCOS**

Hac victoria sublatus Ambiorix statim cum equitatu in Aduatucos, qui erant eius regno finitimi, proficiscitur. Neque noctem neque diem intermittit peditatumque se subsequi iubet.

- **Ambiorix, -igis** (m.) = *Ambiorige* (jefe de los Eburones)
- **Aduaticis, -orum** (m. pl.) = *los aduátucos* (habitantes de la ciudad de Aduátuca)

TEXTO – 22**ENTREGA DE REHENES A CÉSAR**

Caesar sescentos obsides poposcit. His traditis omnibusque armis ex oppido collatis, ab eo loco in fines Ambianorum pervenit, qui se suaque omnia sine mora dediderunt.

- **Ambiani, -orum** (m. pl.) = *los ambianos* (tribu gala)